





Pr. 14. Novem. 5.

20.

J. N. J. C.

DISSERTATIO JURIDICA,

DE

# CONTRACTIBUS INNOMINATIS,

QUAM

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo atq; Consultissimo

DN. GERHARDO von Stöcken/  
U. I. D. ET IN ALMA ARGENTORATEN-  
sium Universitate Inst. Imperial. Prof. Publ. Facult.

Jurid. h. t. Decano Spectabili; Patrono

& Præceptore suo æternū colendo,


S O L E N N I

Eruditorum disquisitioni subjicit

JOHANNES JOACHIMUS Richshoffer/  
Argentoratensis,

A. & R.


Ad d. 10. Decembris, h. 1q. solitis.



ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANN.

ANNO M. DC. L. XVIII.





## V I R I S

*Nobilitate generis, Magnificentia nominis, Consiliorum gravitate, Dignationis excellentia, Amplitudine meritorum, rerum gerendarum scientia, & in Patriam meritis, longe Eminentibus.*

Dn. JOHANNI JOACHIMO Franzen/  
Reip. Consiliario & Advocato Celeberrimo.

Dn. SAMUELIS SCHALLESI, Eloq. Prof.  
Publ. & Gymnasiarchæ Excellentissimo.

Dn. CHRISTOPHORO JACOBO Mockheli/  
Armamentarii Præfecto Dignissimo.

Dn. JOHANNI FRIDERICO Krauthen, Gra-  
narii Publici Præfecto Laudatissimo.


Dn. SIMONI PAULLI, Librario Florentissimo.

DDNN. Mecenatibus, Evergetis, Patronis,  
Promotoribus, Avunculo, Cognatis,  
et qui per est pietate, & obsequio co-  
lendis

Disputationem hanc in devotæ  
mentis argumentum

Offert atque consecrat

JOHANNES JOACHIMUS Richhoffer.





DISPUTATIO  
DE  
CONTRACTIBUS INNOMI-  
NATIS.

Theſ. I.

**C**ontractum innominatorum mate-  
ria quantis sit involuta difficultatibus , abunde maxi-  
mi nominis JCtorum effata testantur ; quorum vel  
agmen adducere esset in promptu , niſi unicum ac-  
tissimi quondam JCti huic probando esset ſufficiens . De illis , (fer-  
mo eſt de Contractibus Innominatis) inquit , altum in Institutioni-  
bus ſilentium : foris ex incuria Tribonianii ; vel , quod malim credere , quod  
explicatio horum contractuum eſſet ſubtilior & obscurior . quam ut tyroni-  
bus proponi debuerit . Vulteiſus ad pr. Inſt. de Oblig. n.43. Sed diſſicilis  
liſet & obscura ſit haec materia , frequenti tamen uſu ſe ſatis redi-  
dit commendabilem . Quia verò monitu JCti , quæ quotidiana  
funt , plenius attingenda in l. legavi. 25. ibique Gothofr. de liber. leg. fac.  
l. l. pr. ff. de ſuſpet. tutor. opera pretium duximus , eleganti huic  
juxta ac utiliſſimam tractationi operam qualem qualem commo-  
dare ; non quaſi putemus , pro dignitate crassam Minervam no-  
ſtram quicquam poſſe aſſiere ; ſed , ut periculum faciamus Exerci-  
tationis Academicae . Nec enim laudem appetimus ſed veniam ;  
quam fiētas non indulgebit , brevitatis intuitu , ſpero , obtinebi-  
mus . Conſilium namque eſt , miſſis Dd. opinionibus & allega-  
tionum planis in ſola LL. capita inquirere . Fxit Deus , omnis  
iufitiae & ſapientiae fons , ut FÉLICITER !

II. Conventionis verbum generale eſt , ad omnia pertinens ,  
de quibus negotii contrahendi transigendique cauſa conſentiant ,  
qui inter ſe agunt . Nam ſicut convenire dicuntur , qui ex di-  
verſis locis in unum locum colliguntur & veniunt ; ita & qui ex

diversis animi motibus in unum consentiunt, in unam sententiam decurrunt. l. 1. §. 3. ff. de paet. fac. l. si voluntate. 8. C. de rescind. vend. Conventio illa, quantum privatæ rei terminis includitur, vel nuda est & citra omnem causam; & civilem obligationem non parit, sed tantum exceptionem. l. juris gentium. 7. §. sed cum. 4. & seq. l. si unus. 27. §. 2. §. si cum. 5. & seqq. l. intra. 41. ff. d. t. l. legem. 10. C. cod. & paſim. Ita divisionis placitum, nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem, ut nudum paetum, nulli poterit. l. divisionis. 45. ff. eod. Ex placito permutationis, nulla re secutâ, constat nemini actionem competere; nisi stipulatio subjecta ex verborum obligatione quæsierit partibus actionem. l. 3. C. de rer. permitt. An idem Jure Canonico? Negativa verior. arg. cap. cum contingat. n. 28. X. de iurejur. Fac. cap. ex reſcripto. 9. X. eod. cap. per tuas. 9. X. de arbitri. cap. ult. de for. compet. in 6.

III. Interdum tamen nuda conventio actionem parit; & quidem (1.) si speciali lege sit firmata. l. legitima. 6. ff. de paet. v. g. Jure Prætorio paetum de constituta pecunia. l. 1. & l. cum qui. 5. §. 1. in f. ff. de conſt. pecun. hypotheca. l. 1. ff. de pign. act. junc. l. si tibi. 17. §. 2. ff. de paet. Jure Civili paetū dotis. l. ad exactiōnem. 6. C. de dot. promiss. donationis. l. si juris. 35. §. sed si. 5. C. de donat. (2.) Si b. f. judiciis in continentia adjiciantur. l. juris gentium. 7. §. quin imò. 5. ff. de paet. l. in b. f. 13. C. cod. quo casu non modò actio præscriptis verbis, sed & actio ex principali contractu competit. l. 2. C. de paet. inter. emt. & vend. l. si vir. 12. ff. de pref. verb. l. Labeo. 50. l. fundi. 79. ff. de contr. emt. l. teneat. 6. §. 1. ff. de act. emt. l. si convenit. 6. ff. de ref. vend. vid. infr. theſ. 34. Sed an etiam pacta stricti juris negotiis adjecta actionem pariunt? Ita videtur. arg. l. petens. 27. C. de paet. l. lecta. 40. vers. Dicēbam. ff. de reb. cred.

IV. Reliquæ conventiones in suo nomine non stant, sed vel transiunt in proprium nomen contractus, uti emtio-venditio, locatio-conductio, societas, commodatum, depositum & cæteri similes contractus; vel, et si nomine specifico deſtituantur, causam tamen habent, i. e. datum vel factum, adeoque obligationem pariunt. d. l. 7. §. 1. & 2. ff. de paet. l. 1. §. 2. ff. de rer. permitt. l. naturalis. 5. pr. ff. de pref. verb. l. solent. 15. in f. ff. eod. Et hi sunt, quos ob nominis certi carentiam illimitatamque naturam innominatos appellamus, numero sex, scilicet contractus estimato- rius.

rias. t. i. ff. de estimat. rerum permutatio. t. i. ff. & C. de rer. permut. & reliquæ quatuor species: Do ut des; Do ut facias; Facio ut des & Facio, ut facias. d. l. 5. fin. pr. ff. de præf. verb.

V. Contractus æstimatorius est, cùm res æstimatò datur eà lege, ut is, qui suscepit, vel incorruptam reddat vel æstimationem, de quâ convenit. l. i. ff. de estimat. l. si dominus. 8. in pr. ff. de prescript. verb. Olim dubitatum, utrum ex vendito, an ex locato conducto, an mandati esset actio. d. l. 1. Nam venditioni videbatur esse similis, quod æstimatione intervenire soleat, quæ in venditione requiritur. l. plerunque. 10. §. inde. 5. ff. de jur. dot. l. 2. l. 3. ff. locat. locationi-conductiōni, quia merces accedere possit. l. 2. ff. b. t. quæ locationem-conductiōnem constituit. d. l. 2. l. si merces. 25. pr. ff. locat. pr. Inst. eod. l. rogas. 19. in f. ff. de præf. verb. l. si vir. 52. pr. ff. de donat. inter vir. & uxor. Mandato autem, si merces non interveniat. arg. d. l. 2. ff. de estimat. Gloß. ad d. l. 1. ff. eod. Mandatum enim gratuitum est, cùm ex amicitia traxerit originem, quæ mercedem respuit. l. 1. f. ff. mandat. §. ult. Inst. eod.

VI. Divortium tamen maximè facit ab emtione, quod accipiens hic se vel ad restituendam rem vel ejus pretium astringat. d. l. 1. pr. & §. 1. ff. b. de estimat. cùm emtio nunquam sine pretio esse possit. pr. Inst. de emt. l. 2. §. 1. l. p. 6. 1. 7. 2. ff. l. emti. fides. 9. C. eod. quippe quod constituatur ad id, ut rem habere emtori liceat. §. 2. Inst. de donat. l. si ita. 25. §. 1. ff. de contrah. emt. l. habere. 57. pr. ff. de evict. à locatione vero differt, quod hic suscipientis rem æstimatam sit periculum & per consequens dominium. l. l. §. 1. de estimat. l. si ut. 5. §. 3. ff. commod. l. plerunque. 10. pr. ff. de jur. dot. l. pignus. 9. C. de pignor. act. cum tamen in locatione dominium mutari non soleat. l. non solet. 39. ff. locat. conduct. neque res alienari. l. convenit. 65. inf. ff. de contrah. emt. à mandato ob eandem causam. Nam si res minoris vendita à mandatario; mandans nihilominus eam petere & vindicare poterit, nisi indemnitas ei præstetur. l. diligenter. 5. §. 3. & seq. ff. mandat. Fac. l. si tibi. 13. pr. & §. 1. ff. de præf. verb. l. si vir. 52. ff. de donat. inter vir. & ux.

VII. Dari res solet æstimatò, ut vendatur. l. 1. pr. & §. 1. de estim. E. omnis res, quæ in commercium cadit, tā corporalis, quām incorporalis, tām mobilis, quām immobilis. arg. l. sed Gelsus. 6. l. nec

emtio. 8. l. si in emtione. 34. §. 1. ff. de contrah. emt. Ita dominus, qui servum aestimatum dederat quæstionis habendæ gratiâ in causa furti, si non reddatur, eo nomine civiliter agere poterit; uti etiam datam estimationem per eandem actionem restituere tenebitur, si servus in furto sit deprehensus. 1. si dominus. 8. ff. de presc. verb. Si margarita tibi aestimata dederat, ut aut eadem mihi adferres aut pretium eorum; deinde hæc perierint ante venditionem. Q. cuius sit periculum? Suprà quidem diximus esse suscipientis. ex l. 1. §. 1. ff. de estimat. sed ita demum, si suscipiens rogaverit. Nam si sis, qui vendenda dederat, roget, ejus quoque periculum erit; at si neuter roget, sed uterque simpliciter consentiant, accipiens de dolo & culpâ tenebitur. 1. si gratuitam. 17. §. 1. de presc. verb. ibique Gotofr. Gloß. ad d. l. 1. §. 1. ff. de estimat. in respons. i.

VIII. An ergo accipiens rem sibi retinere poterit? Ita est. Nam cùm obligatio alternativa sit l. 1. in fin. de estimat. d. l. 17. §. 1. ff. de presc. verb. constat in ejus esse electione, quam velit conditio nem amplecti. arg. §. pen. Inst. de her. Inst. l. si hæred. 5. ff. de cond. inf. Ubi enim verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum; l. in eo. 110. §. 3. ff. de R. 1. Quid si pluris vendatur? Nos lucrum simpliciter adjudicamus suscipienti. Nam, uti diximus, obligatus is tantum est vel ad restitutionem rei vel præstationem estimationis sive pretii definiti. d. l. 1. in fin. d. l. 17. §. 1. Neq; dans queri poterit. Sibi enim imputet, quod illa lege dederit. arg. l. 1. §. usque adeo. 5. ff. de injur. Quod si de lucro isto aperte actum, servanda erit conventio. l. si tibi. 13. ff. d. t. de presc. verb. quæ legem dat. l. nec ex. 27. ff. de R. 1. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depos.

IX. Competit ex hoc contractu actio præscriptis verbis. d. l. 17. §. 1. in f. ff. de presc. verb. scilicet, de estimato sive estimatoria. l. 1. in pr. ff. de estimat. §. actionum. 28. Inst. de action. quæ b. f. est. d. §. 28. unde omnia & hic locum habent, quæ in b. f. judiciis attendi solent. d. l. 1. in f. pr. ff. de estimat. itaque datur & ei, qui vendendum accepit. C. I. A. ad tit. de estim. act. th. 3. exemplum in l. si dominus. 8. ff. de presc. verb. Datur hæredibus & in hæredes. arg. l. un. C. ut act. ab hæred. & contr. hæred. l. ex contractibus. 49. de O. & A. l. hoc jure. 152. in f. l. ad ea. 157. §. 2. de R. 1. l. ex ea. 121. §. ult. ff. de V. O. Aliud est judicium estimatorium s. quanti minoris. l. si quid. 18. ff. de ædil. edit. quæ etiam actio estimatoria. l. bovem. 43. §. aliquando. 6. ff.

6. ff. eod. & intra annum ex edicto Adilium competit. I. Adiles. 38.  
pr. ff. d. t. l. 2. C. de adil. action.

X. E. dabitur quoque actio nostra de estimato ad id, quod alteri abest; in qua iudex ad certam summam sive rem adfricatus non est, sed, quantum alterum alteri ex bona fide, i. e. ex aequo & bono, praestare oporteat, liberam estimandi habet potestatem. §. in b. f. 30. Inst. de acq. §. un. in f. Inst. de obl. que ex consens. l. quia tantum. 7. ff. de neg. gest. Bonam fidem enim passim pro naturali aequitate accipi, certum est. l. bona fides. 31. pr. ff. deposit. l. 2. §. 2. ff. de precari. l. cum per. 7. in f. C. si quis alteri vel sibi. Fructus quoque usura & ceterae accessiones debebuntur a tempore morae. l. 3. §. 1. l. mora. 32. §. 2. l. videamus. 38. §. si actionem. 7. ff. de usur. l. præses. 17. C. de locat.

XI. Rerum permutatio est contractus innominatus, quo certa species cum specie certa permutatur. Gl. ad l. 1. C. de rer. perm. Videtur quidem eleganti nomine constare; sed quod ambitu reliqua negotia commercialia complectatur. arg. l. si filia. 20. §. 3. in fin. ff. famil. herc. l. cum pater. 77. §. hereditatem. 18. ff. d. leg. 2. Non male enim quis emtione - venditionem, locationem - conductionem & similes contractus communis nomine vocabit permutationes, quod premium vel merces cum re commutentur: quanquam specialior sit permutatio, de qua h. l. Cujac. in parat. ff. & C. de rer. permut. Goth. ad l. 2. ff. eod. Haec vicina est emtioni. d. l. 2. & ejus vicem obtinet. l. 2. C. eod. unde & emtori similis, qui rem permutatam accepit. l. fin. ff. qnib. ex causis in posse. eatur. l. apud. 4. §. auctoris. 31. ff. de dol. mal. & met. except. Uterq; enim contractus juris gentium. l. 1. ff. de contr. emt. b. f. §. un. Inst. de obl. que ex consens. §. actioni. 28. Inst. de acq. l. 2. C. de rer. perm. in utroq; transit dominium. §. vendite. 41. Inst. de R. D. l. in tmnibus. 55. ff. de O. & A. l. cum precibus. 4. D. rer. perm. l. scribit. 34. in pr. verj. quod si. ff. de aut. argent. aut certe conditio usuca- piendi queritur. t. t. ff. pro emt. l. sequitur. 4. §. sed eti. 17. ff. de usur- pat. l. scil. eti. 7. §. sed eti. 5. ff. de publ. in rem aff. in utroque praesta- tur evictio. l. 1. & t. t. ff. & C. de evict. l. 1. §. 1. ff. l. C. de rer. permut. l. si permutationis. 29. C. de evict. & redhibitio. l. sciendum. 19. §. dein- de. 5. ff. de adil. adil. E. sicuti in emtione res certa pro certo pretio venit commutanda. §. 1. Inst. de emt. l. nec emtio. 8. & l. seq. ff. de contr. emt. ita in permutatione species certæ permutantur. v. g. fundus Sempro-

Sempronianus pro Tusculano. arg. l. 1. & 4. C. de rer. permuat. pro certa domo. l. 4. C. eod. frumenti certa modiatio pro olei designato pondere. l. pen. C. d. t. Goth. ad l. 1. pr. ff. eod. & l. naturalis. 5. §. 1. de presc. verb. E. & in permutatione beneficium l. 2. C. de ref. vend. locum habebit. arg. l. 3. C. comm. utriusque jud. junct. l. 2. C. de rer. permuat. l. 1. §. sed si emerit. 15. ibique Gothofr. ff. si quid in fraud. patr. uti & eo casu, quo res estimatio vel in solutum datur. arg. l. 1. in f. pr. ff. de estimat. l. fin. ff. ex quibus caus. in poss. l. apud. 4. §. emtoris. 31. ff. de dol. mal. & metus except. sicuti in emtione caveri solet, ut emtor habere licet, servum renditum furit noxisque solutum. l. ex emto. 11. §. idem. 8. ff. de act. emt. ita in permutatione praestandum, sanum, furit noxisque solutum & non esse fugitivum servum, qui ex causa detur. l. 2. ff. de rer. permuat.

XII. Differunt tamen uterque contractus. (1.) Nam aliud est vendere, aliud emere; alias emtor, alias vendor; ita pretium aliud, aliud merx: at in permutatione discerni non potest, uter emtor vel uter vendor. l. 1. §. 1. ff. de contr. emt. l. 1. pr. ff. de rer. permuat. d. l. 19. §. 5. de adil. edit. uterque enim permuat, i.e. rem dat. l. naturalis. 5. §. 1. ff. de presc. verb. unde uterque ex adilit. editio agere potest. d. l. 19. §. 5. de adil. edit. uti & de evictione d. l. 1. §. ff. l. & d. l. 1. C. de rer. perm. d. l. 29. C. de evict. (2.) venditio solo consensu perficitur. §. un. Inst. de obligat. que ex consens. permutatio ex re tradita initium obligationi praebet. l. 1. §. 2. ff. de rer. perm. (3.) in venditione si res evicta fuit, datur actio ex emto. l. vendor. 8. l. non tamen. 24. l. si ei. 41. §. 1. ff. de evict. in permutatione actio in factum praescriptis verbis. l. 1. §. 1. ff. de rer. perm. (4.) emtione perfecta poenitentia locus non est. pr. Inst. de emt. l. incivile. 12. C. de R. V. l. ea conditione. 14. C. de ref. vend. l. sicut. 5. C. de O. & A. in permutatione dantem licet poenitere. Est enim in ejus electione, utrum actione praescriptis verbis velit agere ad supplementum contra accipientem vel ad id, quod interest. l. naturalis. 5. §. 1. ff. de presc. verb. l. cum precibus. 4. l. fin. C. de rer. perm. an vero rem datam condicione causa data causa non secuta repeteret. d. l. 4. C. l. 1. in f. ff. eod. l. cum re. 6. C. de pact. inter emt. vid. infr. th. 31.

XIII. Sunt, qui alias differentias quoque aferunt. Nempe, emtione rei alienae consistere. l. rem alienam. 26. ff. de contrah. emt. sufficere namque, si vendor ob evictionem se obliget, posse fissionem

sessionem tradat & purget dolo malo. l. i. prff. de rer. perm. at alienam rem dantem nullam contrahere permutationem. d. l. i. §. 3.  
 In venditione non transferri dominium, nisi venditor pretium reperit vel satisfactum ei fuerit aut fidem habuerit de pretio. §.  
 vendita. 41. Inst. de R. D. l. quod vendidi. 19. l. ut res. 53. ff. de contrah.  
 emt. l. procuratoris. 5. §. sed si. 18. ff. de distributor. act. in permutatione  
 autem dominium rei traditae transferri in accipientem, etiam si  
 fides non sit habitat in vicem ejus, quæ tradita fuit, accipiendæ.  
 Gl. ad l. i. in f. in voc. conditioni ff. de rer. perm. & in l. 2. circa fin. l.  
 quoniam. 5. C. b. t. sed neutra differentia mihi probabilis. Nam  
 & alienam rem posse permutari evincit. l. i. C. de rer. perm. l. sequitur  
 4. §. sed est. 17. ff. de usurp. l. sed est. 7. §. sed est. 5. ff. de publ. in  
 rem act. neque permutationem simpliciter, sed denum sub fidu-  
 cia reciproca traditionis transferre dominium appetet ex l. scien-  
 dum. 19. §. deinde. 5. ff. de edit. edict. l. 2. ff. de rer. perm. l. 3. ff. de pign.  
 act. & probat. Gl. in l. cum proponas. 4. in verb. remansit. C. de dol. mal.  
 Gothofr. ad l. i. in f. ff. de rer. perm.

XIV. Quid si res & pecunia detur pro re, an emtio erit?  
 Resp. Si actum de venditione, videtur illa celebrata; si de permu-  
 tatione, ex ea dabitur actio. arg. l. tenetur. 6. §. 1. & 2. ff. de act. emt.  
 l. fundi. 79. ff. de contr. emt. l. Aristo. 18. pr. & §. 1. ff. de donat. l. i. C. de  
 rer. perm. si nihil expressum, & res in pretii accessionem fuerit da-  
 ta, erit emtio; sin pretium in accessionem rei, permutatio: cum  
 ex eo, quod excedat, contractus videatur denominandus. cap. ad  
 questiones. 6. X. de rer. perm. arg. l. cum te. 6. C. de paci. inter emt. &  
 vendit. junct. l. ea conditione. 14. C. de res. vend. Quod si utrinque a qua-  
 lis valor, permutationem initam probabilius videtur; quod in  
 dubio innominati potius quam nominati contractus astimentur.  
 arg. l. i. ff. de astim. act. l. naturalis. 5. §. 2. ff. de praesc. verb. §. 1. Inst. de  
 locat. l. si pecuniam. 5. ff. de conditione causâ datâ. l. fin. ff. eod. & tutius,  
 agere praesc. verbis. d. l. 5. §. pen. circa fin. l. Titius. 24. in f. ff. de praesc.  
 verb. vid. Treutl. vol. I. Disp. 30. th. 5. l. a. ubi illud genus contra-  
 dictum apud gentes septentrionales ait esse usitatissimum, & bar-  
 barâ voce appellari *baraptum*.

XV. Contraetus *Do ut des* generalitate sua includit permuta-  
 tionem. Nam permutatio est species, *Do ut des* est genus. Gl.  
 ad l. i. §. 2. ff. de rer. perm. in verb. nomen suum habent. in f. Quod si  
 species

species incerta pro incerta comutetut, v.g. *bos* pro *assno*; aut incerta pro certa vel certa pro incerta, v.g. designatum pondus olei profumento in genere: erit contractus *Do, ut des* à permutatione separatus, quippe quæ utring; rem certam requirat. vid. *Gl. ad rubr. C. de rer. permuat.* & *supr. ths. ii.* sicut ergo permutationis vocabulum interdum amplitudine suâ non solum *Do, ut des*, sed & alios contractus complectitur. vid. *supra d. th. xi.* ita contraria, si eam proprie & stimes, ab iis omnibus differt. Effectus insignis, quod ex hac permutatione nascatur actio b. f. in ceteris autem speciesbus *Do, ut des*; actio stricti juris. arg. §. *actionum. 28. Infl. de act.*

XVI. Nam actiones præscriptis verbis, quæ de aestimato proponitur, & quæ ex permutatione competit, tantum b. f. sunt; cetera omnes stricti juris, uti non male concludunt Dd. ex d. §. 28. *Infl. de act.* Nam alias Imp. non nisi inepte illas species enumerasset, si in universum omnes pro b. f. judiciis haberet voluisse; quippe quod paucioribus verbis & simplicius potuisset exprimere. Neque sufficiens ratio dari poterit, quare tantum duarum illarum meminerit, si illam b. f. qualitatem reliquis quoque communem esse placuisse. Sed nec incommoda ratio specialitatis; quod contractus estimatorius cum emtione, locato & mandato magnam habeat affinitatem. l. 1. ff. de *aestim.* permutation autem tantam cum emtione, ut Sabiniani olim rerum permutatione illam contraria existimarent, uti perspicuum est ex l. 1. §. 1. ff. de *contrah. emt.* §. 2. *Infl. de emt.* vid. *Bach. disp. 6. de Action.* th. 8. & th. 10. lit. d. & *ad Trent. vol. 1. disp. 30. th. 6. lit. a. in f.*

XVII. Ad articulum *Do, ut des* referri possunt exempla: do tibi pecuniam, ut mihi des servum. arg. l. 5. §. 1. ff. de *præsc. verb. l. ult. ff. de condic. caus. dat.* do tibi scyphos, ut mihi des Stichum. d. l. 5. §. 1. *in f.* do tibi penulas, ut mihi des tunicas. l. *pen. d. 1. de præsc. verb.* do tibi aream, ut insulam in eâ adfices & partem insulæ mihi reddas. l. *si tibi. 15. §. 1. ff. eod.* do tibi scyphos, ut mihi ejusdem pondetis argentum reddas. l. *fin. ff. d. t.* Do tibi fundum, ut alium recipiam. arg. l. 1. C. de *rer. permuat.* do tibi fundum, ut annuatim accipiam decem coribes frumenti, vel quolibet mense unum corbem. arg. l. *fin.* C. d. t. ibique *Gl. de rer. perm.* Add. C. I. A. ad iii. de *præscript. verb.* th. 5.

XVIII. Sed quid statuemus de Cambiis Mercatorum, quæ in pe-

in pecunia numerata fieri assolent? Distinguendi sunt casus. v. g.  
si do 50. aureos Hamburgi , ut reddantur totidem vel centum  
Vallenses Argentorati; erit permutatio : si, ut reddantur moneta  
vulgari vel usuali ; erit contractus Do, ut des: si verò nihil do, sed  
solum rogo , ut Mercator meo nomine alibi pecuniam expendi  
curet, ut sàepe quoque fit , mandatum videtur esse contractum;  
cui maxime vicinum illud negotium , quando quis sibi certo loco  
dari stipulatus est. arg. l. aut mutua. 6. & seq. ff. de eo quod certo loco.  
E. contractus Do, ut des est, si pecunia commutetur pro pecunia:  
quid? si pecunia detur , ut res accipiatur ? Videtur esse emtio ven  
ditio, l. naturalis. 5. §. 1. ff. de presc. verb. scilicet , si pecunia detur,  
ut quantitas & tanquam pretium; non verò , si detur tanquam  
species aut corpus. arg. l. fin. ff. de conduct. caus. dat. junct. l. plane. 34.  
§. 3. & 4. ff. de leg. I. Gl. ad. d. l. 5. §. 1.

XIX. Quaritur , si v. g. quis dedit Scyphos , ut alter Sti  
chum daret; cuius periculo sit Stichus, si forte ante dationem fi  
ne culpa ejus, qui promisit, pereat? & Paulus quidem Resp. esse  
eum periculo illius, qui accipere debebat, modò promissor cul  
pam præstet. in l. naturalis. 5. §. 1. fin. ff. de presc. verb. Nam cum  
permutatio vicina sit emtioni. l. 2. ff. l. 2. C. de rer. permut. in eo  
quoque conveniet, ut dantis sit periculo id , quod accipendum  
erat; sicuti res vendita emtoris etiam ante traditionem. §. 3. Inst. de  
emt. l. 1. C. l. necessario. 8. ff. de perit. & com. rei vend. Quod si expresse  
actum , ut, nisi Stichus daretur, reddatur pecunia; vel potius, si  
accipiens in morâ sit aut culpa ; & Stichus moriatur , dabitur con  
dictio. l. fin. ff. de conduct. caus. dat. quòd alias mora perpetuat obli  
gationem. l. quod te. 6. ff. de reb. cred. l. si ex legati. 23. l. nemo. 82. ff. de  
V. O. & culpa venditori noceat. d. §. 3. Inst. de emt. l. si fundus. 33. ff.  
locat. Add. Gloss. ad. d. l. 5. §. 1. in fin.

XX. Contractus Do , ut facias cum priore articulo conve  
nit, nisi quod loco rei tradenda hic factum aliquod versetur, &  
quidem tale , quod locari non soleat , aut liquidem locati soleat,  
pecunia tamen data non sit. l. naturalis. 5. §. 2. ff. de presc. verb. ne  
que alia res fungibilis, arg. l. licet. 8. l. si olei. 21. C. de locat. Hinc com  
petit non solum actio præsc. verb. ad id, quod interest. d. l. 5. §. 2.  
verum etiam conductio ad repetendum. d. §. 2. de presc. verb. l. si tibi.  
7. ff. cod. Neque enim adeo præcisè ad factum præstandum agi po  
test,

est, ubi quis ad id se obligavit. l. si quis. 13. fin ff. de re jud. l. stipulationis. 72. fin. pr. ff. de r. o. arg. l. Titio. 71. §. 2. ff. de condit. & demon-  
strat. nisi forte, si quis aliquid acceperit, ut manumitteret; tunc  
enim libertas ab invito extorqueri potest. l. si quis. 19. ff. de manu-  
mis. cum alias ejus favore multa contra communes regulas sta-  
tuta. §. ult. Inſt. de donat. l. generaliter. 24. §. si quis seruo. 10. ff. de fidei-  
com. libert.

XXI. Locationi similis est hic contractus innominatus. d.  
l. 5. §. 2. & 4. in fin. ff. de prescript. verb. unde & ejus naturam assu-  
mit; sicut fit in omnibus contractibus innominatis, ut scil. in  
dubio naturam nominatorum q. uibus similes sunt, sequantur. Goth.  
ad d. §. 4. v. g. in praetando dolo & culpâ. arg. l. 1. §. in conducto. 10. ff. de  
pos. usuris. arg. l. Titius. 24. ff. de presc. verb. jurejurando in item. arg. d.  
l. 5. §. 2. eod. & l. ad. d. §. 4. sed quænam facta locari consueverunt, &  
quibus indicis ea discerni. Non certè illa, qua propter dignita-  
tem & gravitatem compensari mercede & estimari non possunt,  
v. gr. opere Advocatorum, Medicorum, arg. l. 1. pr. ff. si mens. fals.  
mod. sed que alias commodum pecuniarium respiciunt. Neque  
ex persona qualitate hic præcisè judicandum. arg. l. rogati. 19. §. 1.  
ff. de presc. verb. Nam qui pingendi artem callet, neque tamen  
facit, si tabulam pingat amico pro mercede, procul dubio loca-  
tio erit. vid. Bach. ad Treut. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. g. Add. Goth. ad d. l.  
5. §. 2. ff. de presc. verb.

XXII. Differt tamen præcipue à locatione, quod hic articu-  
lus, Do, ut fatias, uti diximus, facta locari non solita quoque  
admittat. d. l. 5. §. 2. ff. de presc. verb. neque mercedem requirat cer-  
tam. arg. l. si tibi. 22. ff. eod. uti fit in locatione. pr. Inſt. de locat. l. 2.  
l. si merces. 25. ff. eod. quanquam ferè certum quid dari oporteat.  
Ad articulum hunc spectant exempla: Do tibi scyphos, ut mili-  
tabulam pingas. d. l. 5. §. 2. Do tibi decem, ut servum tuum manumit-  
tas. d. l. 5. §. 2. l. si tibi. 7. ff. eod. Do tibi Stichum, ut Pamphilum  
manumittas. l. jurigentum. 7. §. 2. verf. & ideo. ff. de part. Permissisti  
mihi cretam eximere de agro tuo, ita ut eum locum, unde exemis-  
sem, replerem. l. permisisti. 16. in. pr. ff. de presc. verb. junct. l. qui saxum.  
6. ff. de donat. vendidi insulam hoc modo, ut aliam insulam refice-  
res. l. insulam. 6. ff. de presc. verb. ibique Goth. Do tibi 30. ut ex usuris  
pro

pro me tributum præstes. l. Titius. 24. ff. d. t. vid. t. i. ff. & C. de condit  
caus. dat. C. I. A. ad tit. de præsc. verb. th. 6.

XXIII. Ponamus, id, quod datum est, esse evictum. Quâ-  
ratione consuletur accipienti? Julianus, si sciens dederit, actionem  
de dolo; si ignorans, in factum civilem esse dandam, scribit:  
d. l. 5. §. 2. in fin. ff. de præsc. verb. sed recte à Mauriciano reprehendi-  
tur, qui sufficere, ait, civilem incerti actionem, i. e. præscriptis  
verbis. l. juris gentium. 7. §. 2. vers. Et ideo. ff. de pæt. Neque enim ali-  
ter actio de dolo competit, quam si alia actio non sit. Nam fa-  
mosa actio non temere debebat à Prætore decerni, si sit civilis vel  
honoraria, qua quis possit experiri. l. i. §. 1. & ait Prætor. 4. ff. de dol.  
mal. sed annon Ulpianus in d. l. 7. §. 2. Julianum actionem in fa-  
ctum Prætoriam; Paulus vero in d. l. 5. §. 2. in fin. civilem dedisse  
affirmat. Fortè Tribonianus adjectit civilem; vel potius Julianus  
postea sententiam mutavit. vid. Bachor. d. l. diss. 30. thes. 9. lit. a.  
in fin.

XXIV. Articulus, Facio ut des, inverso ordine à priori pro-  
cedit; uti vel ipsa verba manifestant. Si enim datio precedat, ad  
priorum articulum; si factum, ad posteriorem merito trahitur.  
arg. d. l. 5. §. 2. & d. l. 7. ff. de præsc. verb. junct. l. 3. §. quin imò. 4. ff. de  
condit. caus. dat. Nequeverò hic nudum factum protinus alterum  
ad dandum vel faciendum obligat, sed, uti in reliquis omnibus,  
tumdem, si descendant factum sive datio ex tractatu sive con-  
ventione pravia. arg. d. l. 4. pr. & §. 4. in pr. & §. seq. l. rogaisti. 19. l. si  
tibi. 22. ff. de præsc. verb. Affinis quoque hic contractus locationi.  
d. l. 5. §. sed si. 4. in fin. ff. eod. & quidem locationi operarum, cum  
artifex locat operas suas, ut mercedem accipiat statim definitam;  
nam si postea definiatur, v. g. polio curove aut sarcio vestimenta  
tua, ut mihi solvas mercedem, de qua inter nos in posterum  
convenerit; non locatio, sed innominata erit conventio. §. 1. Inst.  
de locat. §. ult. Inst. de mandat. l. si tibi. 22. ff. de præsc. verb.

XXV. Geminum est, si quis alteri rem utendam vel fruen-  
dam dederit, neque protinus constituantur merces, sed eo animo  
negotium geratur, ut postea tantum mercedis nomine detur,  
quantum inter nos statutum sit. arg. §. 2. Inst. de locat. d. §. ult. Inst.  
de mand. d. l. 22. ff. de præsc. verb. C. I. A. d. t. th. 7. Eadem ratio, si  
quis indicet furem, ut certum aliquid daretur. l. solent. 15. ff. de  
præsc.

*pres. verb: fac. l. falsus. 43. §. quid ergo. 9. ff. de furt. si quis rectori sac-  
cum vino plenum dederit curandum. l. si servus 27. §. fin. ff. ad L.  
Aquil. si quis manumittat ancillam, ut recipiat aliud mancipium.  
l. cum proponas. 4. C. de dol. mal. si quis à lite discedat, ut suscipiat bo-  
norum partem. l. cum nota. 6. C. de transact. Idem dici potest, si  
pingo tibi tabulam, ut tu mihi des rem, vel ut postea merces con-  
stituantur; si vero columnam vel vinum, ut mihi des rem, vel ut  
mercedem postea constituamus. C.I. A. d. th. 7.*

**XXVI.** Igitur, si faciam ut des; tu vero, postea quam feci,  
cesses date; si queratur, qua ratione mihi consultum erit? *¶* Pau-  
lus: nullam esse civilem actionem. & idem de dolo datum iri. in d.l. 5. §. 3. ff. de  
*pres. verb.* Vexatissimus ille locus & Veterum & Recentiorum inge-  
nia mire torcit. *vid.* Treutl. vol. I. disp. 30. th. 10. lit. a. ibique Bach. C.I. A.  
ad tit. de pres. verb. d. th. 7. in fin. & ad tit. de dol. mal. th. 88. Nihil  
enim absurdius videtur, articulum illum ad contractus innomi-  
natos pertinere. d. l. 5. pr. & tamen actione civili destitui, contra  
l. 2. l. 3. l. 5. §. 2. l. solent. 15. & passim ff. d. t. de pres. verb. l. juris gentium. 7.  
§. 2. ff. de pact. l. cum nota. 6. C. de transact. maximè, si ratio diversitatibus  
dari nequeat. arg. l. à Titio. 108. ff. de V.O. Quod si vero alia actio com-  
petit, necessariò eliminanda erit de dolo. d. l. 1. §. 1. & 4. ff. de dol. mat.

**XXVII.** Fortassis inutilis & supervacaneus hic labor in  
actionibus inquirendis, cum in judiciis id hodie non fieri amet. *arg.*  
*cap. dilect.* 6. X. de jud. ita. dictante jure Canon. quod circa processum  
judicarii sequimur. *Rittershus.* de differ. juris Civil. & Canon. in-  
Proem. cir. f. Carpzov. decis. Illust. Saxon. part. 3. decis. 203. n. 16. infin.  
sed sufficiat, si ex causâ petendi & medio concludendi inter ratæ  
actionis qualitas elici possit. *Gail. lib. 1. obs. 61. n. 9.* quanquam olim no-  
men quoque exprimi necessarium in judicio. l. fin. C. de formul. l. fin. O.  
de interdict. Ayrer. in proces. part. I. cap. 14. obs. 6. n. 29. Enimvero eti-  
nom inveniens proponenda non est actio, expedit tamen imò ne-  
cessarium quodammodo, eam non esse incognitam: & certè rei  
intet est, non temerè actione pulsari famosâ de dolo. d. l. 1. §. 4. ff. de  
dol. mal. Bach d.d. Nam si in duabus actionibus alibi summa major, alibi  
infamia sit, præponenda est causa existimationis. l. si in 104. ff. de R. t.

**XXVIII.** Quid ergo statuemus in tanta Dd. hæxatione?  
Nobis communior opinio arridet: ut sc. distinguatur, utrum tale  
sit factum, quod alteri utilitatis aliquid vel commodis sit allagorum

nec me

neque. Priori casu, v. g. si quis accepto liberatus sit, si cui fuerit indicatus &c. dari actionem prescriptis verbis. d. l. solent. 15. ff. de praes. verb. d. l. 6. C. de transact. posteriori casu, v. g. si alter manumittat, nudus in platea incedat (ita proponunt Dd. exemplum, quod minus probo) &c. dari actionem de dolo. d. l. 5. §. 3. junct. §. preced. d. l. 15. in fin. ff. de praes. verb. l. cum proponas. 4. C. de dol. mal. vid. Gl. ad d. l. 5. §. 3. ff. de praes. verb. Wiesenbech. in paratiti. ad d. t. n. 5. Treutl. d. thes. 10. lit. b. Hoc enim casu non videri dandam esse actionem civilium, cum omnis ratio cesseret, quae illam inducat. Neque enim hic factum tale esse, ad quod praestandum actione aliqua alter cogi potuisse; neque causam aliquam vel synallagma, in quo contractuum in nominatorum basis ac fundamentum, intervenisse, ex quo in alterum utilitas quaedam redundaret: ut adeo meritò sibi imputetur, qui temere illud præstiterit, ad quod cogi non poterat. cessare autem aequitatem rei adeoque prescriptis verbis actionem, quando factum dationi non respondeat, quippe alteri revera in differens: quia vero faciente decipi non oporteat, neque alterum placiti fidem rumpere; ideo subsidiariam esse actionem de dolo. vid. Bach. ad Treutl. vol. disp. 30. th. 10. circa fin.

XXIX. Postremus articulus Facio, ut facias mandato quodammodo similis esse videtur vel commodato. In naturalis 5. §. sed et si. 4. l. si gratuitam. 17. §. ff. de praes. verb. Nam v. g. si pauci sumus, utiu a meo debitor Carthagine exigas, ego a tuo Roma, mandatum interveniet, quippe sine quo exigi pecunia alieno nomine non potest. Et quamvis gratuitum hoc negotium non sit, cum suis quemque impensis exigere debitum conveniat; tamen in eo gratuitum videatur, dum hinc inde mutuu officium præstatur & ita impendia imputantur, maximè si pactum sit adjectum, ut nemo plus impendat in exigendo, quam decem; quasi alter alteri refundat impensas. Tutiū tamen, non mandati, sed præscriptis verbis dari actionem, si alter cesseret promissum factum adimplere. In naturalis 5. §. sed et si. 4. ff. de praes. verb. quā alter necessario consequitur, ut is, qui cessaverit, condemnetur, quanti intersit agentis. v. g. non fuisse manumissum servum, quem jam manumiserat. d. l. 5. §. fin. nisi forte alter malit ad promissi fidem implendam agere, vel ad id, quod interest, impletam non esse. arg. d. l. 5. §. 1. & 2. l. ob eam. 9. d. t. de praes. verb.

L. si opere

*l. si operas. 25. ff. eod. & l. fin. C. de rev. perm. modò tamen tale factum fit, ex quo utilitas sequi possit. vid. supr. thes. 28.*

XXX. Alia exempla sunt hujus articuli, si ego manumisi servum meum, ut tu manumitterestuum. *d. l. 5. pr. & §. ult. de presc. verb.* si ego juxta pactum in fundo tuo ædificem, ut tu viciissim in meo ædificares. *d. l. 5. §. 4.* si ego acceptò tibi feram decein, ut mihi nomen debitoris deleges. *l. ob eam causam. 9. ff. eod.* si servi mei fabriles operas vice mutuâ tibi dederò, ut totidem recipiam. *l. si operas. 25. ff. eod.* si prædium pro te obligavi & illicè placherit inter nos, ut mihi fidejussionem præstares. *l. ergo affi. 19. §. 1. ff. de presc. verb.* ibique Goth. Add. C. I. A. ad d. i. th. 8. Hoc per se patet, facta hic versari honesta & licita. Nam quæ pietatem, existimationem, verecundiam nostram lœdunt, &c. ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. *l. filius. 15. ff. de condit. insit.* unde nec obligatio nasci poterit. *arg. l. si remunerandi. 6. §. 3. ff. mandat. l. nec prætermittendum. 57. ff. pro sc. l. quod sœpe. 35. §. 1. ff. de contrah. emt.*

XXXI. De hoc quoque constat, cessate hic conditionem circa has faciendi obligationes. *arg. d. l. si operas. 25. ff. de presc. verb.* Cum enim facta infecta fieri nequeant. *l. in bello. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. revers.* necessario condici quoque non poterunt. Et inde palam est, pœnitentiam, que communiter omnibus contractibus innominatis convenire dicitur, in iis demum locum habere, ubi datio præcessit. Nam v. g. si pecuniam acceperis, ut Capuam eas; deinde parato tibi ad proficiscendum conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit, quod minus proficereris; cum per te non steterit, potest dici, repetitionem cessare. At cum liceat pœnitere ei, qui dedit, proculdubio repetetur id, quod datum est; &c. si sumtus, qui necessarii fuerunt ad profectionem, jam fecisti, ut manifestum sit, te plus forte, quam accepisti, erogasse; conditio cessabit; sed si minus erogatum sit, conditio locum habebit; ita tamen, ut indemnitas tibi præstetur ejus, quod expendisti. *l. si pecuniam. 5. in pr. ff. de condit. caus. dat. l. 3. §. 2. & 3. ff. eod. l. pen. C. cod.*

XXXII. Sed an denunciatio necessaria? Minime sane, nisi forte ad hunc effectum, ut accipienti facultas non sit adimplendi. *arg. d. l. 5. §. 1. & 2. ff. de condit. caus. dar.* Nam & sine denunciatione re adhuc integra pœnitentia dantis locum habet *d. l. 3. §. 2. ff. cod.*

2. *ff. eod.* Dico, re adhuc integra. Nam v. g. si quis Titio dederit  
 10. ut servum emat & manumittat; si jam sit emtus, pœnitentia  
 non facit injuriam ei; qui redemit, sed pro 10. quæ accepit, ipsum  
 servum emtum restituet; aut si ante decessisse proponatur, nihil  
 præstabit, si modo per eum factum non est. *d. l. 5. §. 2 ff. de condic.  
 caus. dat.* ita qui pecuniam accepit, ut servum manumitteret; si  
 moram non fecerit, & ipse servus in itinere decessit, cùm accipi-  
 ens profectus esset ad Præsidem vel ap. quem manumittere posset,  
 nihil refundet. *d. l. 5. §. fin. de condic. caus. dat.*

**XXXIII.** Et tantum de vulgatoriis contractuum innomina-  
 torum speciebus, ex quibus actio præscriptis verbis oritur; quan-  
 quam & alia plures causarum figuræ sint, ex quibus eadem actio  
 competit. Quotiesnamque cessantibus judiciis proditis & vulga-  
 ribus actionibus, proprium nomen invenire non possumus, facilè  
 descendimus ad eas, quas *in factum* appellamus; & cùm deficiunt  
 usitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum. *l. 1. 2. & 3.  
 ff. de presc. verb. l. 1. ff. de astimat. Goth. ad rubr. ff. d. t. de presc. verb. ubi  
 multa egregie de ratione nominis.* Est autem præscriptis verbis actio  
 in factum civilis. *arg. l. 1. §. 1. & 2. l. 2. l. naturalis. 5. §. 2. ff. de presc.  
 verb. l. si tibi. 13. §. 1. l. si tibi. 22. in fin. ff. eod.* Rectè enim dicimus,  
 omnem præscriptis verbis esse actionem in factum civilem, non  
 verò contra, omnem in factum esse præscriptis verbis. *Gl. ad l. 1. §.  
 1. verb. in factum. ff. de rer. permut.* Et quidem de variis actionum in  
 factum speciebus vid. *Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 1. & fin. & ibi Bach. C.  
 1. A. ad tit. de prescr. verb. th. 16. & seqq.*

**XXXIV.** Præscriptis autem verbis actio, quæ alias incerti ci-  
 vilis vel incerta, *l. jurisgentium 7. §. 2. in fin. ff. de pacl. l. si dominus. 8. l.  
 ob causam. 9. l. permisisti. 16. ff. de presc. verb. l. rebus. 9. C. de rer. perm. l.  
 legem. 9. C. de donat. l. cum res. 22. C. eod. l. si duo 19. ff. de precar.* ex aliis  
 causarum speciebus, que ad suprà propositos contractus innomina-  
 tos referri commode nequeunt, quoque competit. v. g. Merces  
 magistro navis tradidi; inceptum est, an navem conduixerim, an ve-  
 rd merces vehendas locaverim. Q. quæ actio mihi competit?  
 danda civilis actio in factum præscriptis verbis. *l. 1. §. 1. ibique  
 Goth. ff. de presc. verb.* Eadem actione experietur, qui rem tradit  
 pretii exploandi causa; si alter fidem non exhibeat. *l. 1. §. 2. l. si  
 gratuitam. 17. §. 4. ff. de presc. verb.* qui fundum vendit cum pacto.

retrovenditionis. l. vir. 12. ff. eod. l. 2. C. de pac*t*. inter emt. &c in gene-  
re, ubi pacta b. f. contr*act*ibus in continent*i* adjiciuntur. d. l. 12. in  
f. l. si convenit. 6. ff. de res*f*. vend. vid. supr. thes. 3. C. I. A. ad tit. de pac*t*. th.  
14. qui puerum docendum sive nutriendum aut pecus alcedum  
dat, ita, ut si post certos annos venerit, pretium communicetur.  
l. si tibi. 13. §. l. ff. de pr*ae*s*ta*. verb. qui gratuitam habitationem conce-  
dit, concedentis scil. commodo, ne vacua & deserta pereat. l. si  
gratuitam 17. pr. ibique Goth. ff. de pr*ae*s*ta*. verb.

XXXV. Ita pr*ae*scriptis verbis agendum ei, qui rem dat in-  
spiciendam, si alter dicit se perdidisse, & ignorat, ubi sit. d. l. 17.  
§. 2. ff. de pr*ae*s*ta* verb. qui per denos dies alteri bovem commodat, ut  
alter vicissim commodet suum. d. l. 17. §. 2. ff. eod. §. 2. Inst. de locat.  
qui vendere vult vestimenta & emtori dat, ut peritioribus ostendat. d. l. 17. §. 4. qui sponsionis caus*a* annulos dat, neque recipit  
victor. d. l. 17. §. 5. qui pecuniam deponit, ut daretur Titio, si fugi-  
tum reduxisset, l. si apud. 18. ff. d. t. de pr*ae*s*ta*. verb. qui mutuos datu-  
rus nummos rem dat vendendam, ut pretio alter utatur. l. rogasti.  
19. pr. ff. de pr*ae*s*ta*. verb. l. si quis. 4. in f. pr. l. rogasti. II. pr. ff. de reb. cred.  
l. qui negotia. 34. in pr. ver*s*. His argumentum. ff. mandat. qui equos ve-  
nales experiendo dat, ut si in triduo displicuisse, reddantur. l.  
apud. 20. pr. qui mulos dat, ut alter experiatur, & si placuissent,  
emat; si displicuisse, ut in dies singulos aliquid pr*ae*fet. d. l. 20.  
§. 1. ff. de pr*ae*s*ta*. verb. qui argentum dat explorandum, si alter, cum  
displicuerit, servo det referendum, idque pereat. d. l. 20. in fin.

XXXVI. Tenetur quoque actione ist*a*, qui annulum accep-  
pit, ut respiceret, si excidat secundum Tiberim ambulanti. l. duo.  
23. ff. de pr*ae*s*ta*. verb. qui oleum accepit ex quasi sequestro, ut id ven-  
deret & pretium levaret. donec inter litigantes judicaretur. l. si  
quis. 9. §. 3. ff. de dol. mal. qui servum accepit, ut opera cum custo-  
dia pensentur. l. l. §. si quis. 9. ff. depos*t*. qui a creditore accepit ha-  
reditatem, ut illi satisfaceret. l. debitori. 7. C. de pac*t*. qui haereditate  
divisa non cavit de evictione. l. si familia. 14. C. famil. er*cis*. l. si fra-  
tres. C. commi. utriusque jud. qui ex coh*ae*redibus placita divisionis de-  
crestat. l. si filia. 20. §. 3. ff. fam. er*cis*. l. licet. 23. C. eod. quicunque ex  
haereditibus ius*l*ius monumentum facere cessat. l. bis consequenter. 18.  
§. 2. in fin. ff. d. t. fam. er*cis*. qui rem precar*o* accepit. l. 2. l. duo. 19. in  
fin. ff. de precar*o*. qui rem donatam accipit neque conditioni adjecte  
01631

paret.  
I. A. a  
X  
tum c  
tur.  
contra  
estim  
facias  
arg. l.  
eadem  
agimu  
l. rebus  
pr*ae*s*ta*.  
dam c  
te acc  
arg. l.  
miniu  
explor  
l. parti  
iam ag  
17. §. 2  
folet.  
dantis  
culpa  
tat

...¶

paret. l. ult. C. de rer. perm. L. legem. 9. l. cum res. 22. C. de donat. vid. C.  
I. A. ad tit. de praſc. verb. th. 10.

XXXVII. Itaque perspicue errant, qui eundem esse ambitum contractuum innominatorum & præscriptis verbis arbitrantur. Videamus paucis, quid in hac actione veniat. Et sanè in contractibus innominatis, in quibus dominium transit, uti sunt æstimatorius, rerum permutatio, articulus Do, ut des, & Do, ut facias, (Dare enim hic est dominium transferre, facere non item. arg. l. sic itaque. 14. Inſt. de action. l. ubi autem. 75. §. fin. ff. de V. O. l. eadem. 4. l. si ita. 14. ff. eod. §. fin. Inſt. d. t. dē V. O.) per eam tantum agimus vel ad promissi fidem explendam, vel ad id, quod intereft. l. rebus. 6. l. fin. C. de rer. perm. l. naturalis. 5. §. 1. & 2. l. si tibi. 7. ff. de praſc. verb. vid. suprà th. 8. 10. 12. 20. Nam ad ipsam rem repetendam condicō-datur. de qua supra th. 19. & 31. Quin etiam ex parte accipientis agi potest præscriptis verbis, si res data fuerit evicta. arg. l. l. C. de rer. perm. d. l. 5. §. 2. fin. ff. de praſc. verb. ubi vero dominium non transit, sed v. g. res datur precariō, inspiciendi vel explorandi gratiā, non modo res repeti potest. l. 2. l. 19. ff. de prec. l. partis. 10. l. si gratuitam. 17. pr. §. 3. & 5. ff. de præscript. verb. sed etiam agi ad interesse, si res dolo vel culpa accipientis perierit. d. l. 17. §. 2. & §. 4. Et quidem periculum præstari his casibus non olet. d. l. 17. 2. & §. 4. dolus autem tantum eo casu, ubi res solius dantis gratiā accepta; dolus autem & culpa, si utriusque: præter culpam etiam diligentia & custodia, si res solam accipientis utilitatem concernat. d. §. 2. & §. 4. l. apud. 20. in fin. ff. de praſc.  
si ut. 5. §. 2. l. eum qui. 10. §. 1. & seqq. ff. commod. Add.  
verb. l. supr. th. 21.

Soli Deo Gloria.

Innominate dum benè discutis  
conventiones; sit labor hic Tibi,  
Amice præstans, nominatus,  
sit penitus Tibi gloriōsus!

incer-

2742.

(20.)

incerta sanè non erit actio  
tanti laboris; sed dabitur Tibi  
conditio, quæ certi honoris  
Spem faciet parietque lætam.  
Faxit benignè cuncta regens DEUS,  
(nostræ quod haud est indolis) ut Tibi  
durantibus Fortuna ceptis  
conciliet proprium favorem!

Clariss. Dn. DISPUTANTI

ex animo

gratulatur

PRÆSES.

\*\*\*\*\*

**R**ICHSHOFFERE tuus præclarus gratulor ausis;

Fac, quæ capisti, promoveas studia.

Sic honor & laudis te tandem præmia cingent

Nomen ut in nostra plendeatur urbe tuum.

Gratulabundus apponebat

*Johannes Michael Bracken-  
hoffer, Argentinensis.*

F. S. I. N. D. S.



Strassburg, Diss., 1668-69



3


f

TA → OL  
nur 1+23 Stück verknüpft

VDT



**Farbkarte #13**



20.

B. I. G.  
Black

J. N. J. C.  
DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**CONTRACTIBUS**  
**INNOMINATIS,**  
QUAM  
P R A E S I D E

V I R O

*Nobilissimo, Amplissimo atq; Consultissimo*

**DN. GERHARDO von Stöcken/**  
U. I. D. ET IN ALMA ARGENTORATEN-  
sium Universitate Inst. Imperial. Prof. Publ. Facult.  
Jurid. h. t. Decano Spectabili; Patrono  
& Præceptore suo æternū colendo,

*S O L E N N I*

Eruditorum disquisitioni subjicit

**JOHANNES JOACHIMUS Richshoffer/**  
Argentoratensis,

*A. & R.*

Ad d. 10. Decembris, h. Iq. solitis.

*ARGENTORATI,*

Literis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANN.

ANNO M. DC. L XVIII.

**KÖNIGRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE**